

huius rei confirmationem adducit noster Frater Emanuel loco citato declarationem Illustrissimi Camilli Caietani Patriarche Alexandrini, & Sanctissimi Clementis Papae octavi in Hispaniarum Regnis Nuntij Delegati. Quae declaratio quia non solum rei de qua propositus est sermo, sed & multis aliis deferuire potest, eam hic insero.



RESCRIPTVM IN FORMA BREVIS.

¶ Domini Camilli Caietani Nuntij Apostolici in Hispaniarum partibus, quo precipit sub excommunicationis maioris latae sententiae poena, aliisque censuris, ne Ordinarij locorum quomodolibet Fratres Prouinciae Conceptionis quomodolibet molestent circa audiendas saecularium praedicationes, & confessiones, associationes funerealium, atque earum rata percipienda contra constitutiones & priuilegia a Sede Apostolica ipsis Fratribus concessa. &c.

¶ Camil